

1571

C O D I C E S

1572

mus fundi Bernhardi. Initium: *Uobis fratres alia, quam alijs de seculo &c.* Textus sat castigatus est, et ad calcem non plane vere additum: *Hec scripsit beatus Bernhardus super Cantica qui morte preventus ulterius non processit.* Accedit copiosus Index Rerum alphabeticus.

DCLXIX.

R. 3005. Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 121. f. per duas columnas bene scriptus, et coloribus enotatus comprehendit I. *Pharetram Doctorum, Trithemio dictam Scintillarium* five Sena PP. collecta de diversa Morum doctrina, et in IV. *Libros distributa*, quorum quilibet 50. numerat Capita, eorum Elencho singulis Libris praefixo. Praefatio ita ordinatur: *In conuersionis mee primordio cum ob mentis recreationem &c. et ipsa Compilatio est Bonaventurae, ut Vol. I. P. 1. col. 1189. et P. 3. col. 2637. dixi, et ejus Opp. Editio Lugd. 1668.* T. VI. p. 99. f. testatur. In praesenti Exemplo alphabeticum Indicem ad calcem habet.

*Optimus ille Status mibi,
In quo par cunctis olla,*

Pluribus foliis adnotatum est, Codicem quondam fuisse *Fratrum Carthusiensem iuxta Pragam extra muros*, atque illorum aliquis Thecae posticae Catalogum Librorum inscripsit partim, ut ait, *de*

II. fol. 75. sequitur *Liber de fructibus Penitentie.* Sed id a secunda manu. Admonitio praevia haec est: *Quia peccantibus mortaliiter post baptismum sola penitentia remedium est ad uitam. et ut ait Ambrosius facilius inuenies qui seruauerit innocentiam quam qui congruam egerit penitentiam. ut a multis qui pocius irridentes quam penitentes sunt plenius agnoscatur. que sit uere penitentie forma. mihi quidem peccatori satis utile uisum est ex sanctorum patrum sententijs qui de hac materia scripserunt ante nos plurima. flores pauculos colligendo penitentie modum ordinemque describere et hoc opusculum per CXCV. capita subiecta distinguere.* Sequitur igitur Index Capitum, sed tantum CLXXXIX. Per decursum vero CXCII. numerantur. Horum 1. inscribitur *De fructu Penitentie* et incipit: *Omnis arbor que non facit fructum bonum &c.* Postremum *De labore manuali* definit: *antefertur maria que audiebat marthe que ministrabat.* Compilatorem ignoro. Extremis adscriptum Distichon:

*Amice, videtur et Ordo,
cuculla, calix.*

Maurbach (Carthusia Viennae adfita) allatorum, partim comparatorum in Praga, quos inter nihil singulare.

DCLXX.